

*non minoravit.* De manna hoc dicitur, quod accepit populus in deserto, cuius exemplo docemur, quod omnis iuperabundantia generet vermes. Simil & ostenditur que Deus dat, omnibus aequalia esse debere. Et propter hujus testimonii auctoritatem, vult nobis Apostolus praesentia omnia esse communia, ut & perfecte doctrinam non abscondat: & habentes substantiam mundi, non denegent eis viatum. Dignus est enim operarius cibo suo.

*Gratias autem ago Deo,* qui dedit eandem sollicitudinem pro vobis in corde Tui: quoniam exhortationem quidem suscepit, sed cum sollicitus es, sua voluntate profectus es ad vos. Gratia quidem exhortationis, & voluntate propria festinavit, ut mercedem haberet, non invitus, quia si sit credita dispensatio.

*Misimus autem cum illo fratrem nostrum,* cuius laus est in Evangelio per omnes Ecclesias. Hoc de Luca intelligitur: quia laudem in Evangelio conscribendo videtur habere prae ceteris, qui etiam Actus Apostolorum praeferunt Evangelia scripti.

*Non solum autem, sed & ordinatus est ab Ecclesiis co mes peregrinationis nostra, in hanc gratiam que ministratur a nobis.* Testimonio Ecclesiarum idoneum eum & probatum fuisse, demonstrat.

*Ad Domini gloriam, & destinata voluntatem nostram.* Proposita, sive parata.

*Devitantes nos, ne quis nos vituperet in hac plenitudine, que ministratur a nobis in Domini gloriam.* Ne quis dicat, quomodo Christus legem implevit: cùm videamus Christianos, non tantam eleemosynam facere, quantam fieri in lege preceptum est?

*Providimus enim bona, non solum coram Deo, sed etiam coram hominibus.* Nihil enim propter humanam gloriam facimus, sed tamen nolumus, ut per nos aliquis scandalum merito patiatur: sed ut omnes videntes opera nostra bona, magnificant patrem nostrum.

*Misimus autem cum illis & fratrem nostrum.* Quidam hoc de Apollo afferunt dictum.

*Quem probavimus in multis saepe sollicitum esse.* Testimonium illi dat, ut facilius audiat.

*Nunc autem multo sollicitorem confidentia multa in vos.* Multo nunc sollicitorem comprobamus eum, propter vos: quia vestra obedientia provocatur, sive quia adjuti a Tito, sive quia per seipsum comprobavit.

*Sicut pro Tito, qui est locus mens, & in vobis adiutor: sive fratres nostri, Apolosi Ecclesiarum glorie Christi.* Quod dicit, hoc est. Tam Titi causa qui corum obedientiam collaudaverat, quam eorum qui ad ipsum fuerant pariter destinati: ita se exhiberent, ut & charitatis sinceritatem & Apostolicę pro ipsius gloria veritatem, in conspicuō omnium probarent.

*Ostensionem ergo, qua est charitatis vestra & nostra gloria, pro vobis in illos ostendite in faciem Ecclesiarum.* Ut videant verum esse quod dicitur in omnibus Ecclesias de vestro profectu. Sive aliter, ostendite charitatem vestram de qua coram omnibus Ecclesias gloriamur.

#### Caput IX.

**N**AM de ministerio quod sit in sanctos, ex abundanti scribere vobis. Scio enim promptum animum vestrum, pro vobis gloriò apud Macedones. Mutare videtur, sanctos, hic sensum: & ideo quidam dicunt eum superius de laicis dixisse: hic verus de sacerdotibus sanctis. Alii vero aiunt eum de eleemosynis hucusque tractasse, modo autem de ministerio verbi commovere: quod sanctificatis per baptismum exhibetur. Hi vero duo sensus usque ad finem causae diligenter utique sunt colligendi.

*Quoniam & Achaea parata est ab anno preterito.* Tota provincia, cuius caput estis, per nos ad hoc ministerium provocata est.

*Et vestra emulatio provocavit plurimos.* Hic emulatio pro imitatione ponitur.

*Misimus autem fratres, ut ne quod gloriamur de vobis, evanescatur in hac parte.* Superius memoratur: Qui vos commoneant ne aliter inveniant: in parte doctrinæ, sive ministerii quam putabam.

*Ut quemadmodum dixi, parati sis: ne cùm venerint Ma-*

*cedones mecum, & invenerint vos imparatos, erubescamus nos, ut non dicamus vos, in hac substantia.* Si nos erubuerimus quasi falso gloriantes: quanto magis vos & pro vestra negligentia, & pro nostro rubore? Multa enim confusio est: si quis pro eo qui eum diligit, erubescat.

*Necessarium ergo existimavi rogare fratres, ut præveniant ad vos, & preparant recompensam benedictionem hanc paratam est.* Sive a benedicendo, sive quia per humanitatem eorum beneficio nascitur Dei.

*Sic quasi benedictionem, non quasi avaritiam.* Hoc autem dico: Qui parce seminat, parce & metet. Et qui seminat in benedictionibus, de benedictionibus & metet. Unusquisque prout destinavit in corde suo: non ex tristitia aut ex necessitate. Beneficium erit si grato animo tributar.

*Hilarem enim datorem diligit Deus.* Avarus autem hilaret dare non novit. In scientia autem avarus est, qui sensum non vult implere quemcepit. Unde Dominus neminem in via salutare praecipit: hoc est, nulli transitoriè verbum annunciare salutis. Hoc est autem qui parce seminat, parce & metet. Contra Jovinianum etiam hic locus facit, ubi meritorum gradus esse monstrantur. Et qui seminat in benedictionibus, de benedictionibus & metet. E contrario ergo in maledictione seminans, inde & metet: sicut scriptum est. Non seminales mala in fulcis injuryis, & non metes ea septuplum. Unusquisque prout destinavit in corde suo: id est, voluntarius, non coactus: non ex tristitia aut ex necessitate: hilare enim datorem diligit Deus, secundum sapientiam Salomonis. Et in omnino, hilare fac vultum tuum. Si autem de scientia intelligitur, hilare in labore suo vult esse doctorem: sicut de alibi dicit. Si enim volens hoc ago, mercenari habebo: & reliqua.

*Potens est autem Deus.* Sive ne inopiam formidarent, sive gratuitum donum sapientiae. *Opponit gratiam abundantem facere in vobis.* Gratiam nascientia, quia exinde per opera vestra, Deo gratia referuntur. A fructu enim frumenti, vini & olei sui, multiplicari sunt. *Ut in omnibus semper omnem sufficientiam habentes, abundantis in omne opus bonum, sicut scriptum est.* Ita ut tam carnum misericordiarum quam spiritualium, id est, doctrinæ opus bonum possit implere sicut scriptum est.

*Dispergit, dedit pauperibus.* Sive sensu pauperibus, sive substantia: sicut superius ait, illorum abundantia, vestra inopiae sit suplementum. *Justitia ejus manet in aeternum.* Rebus temporalibus, eterna justitia comparatur.

*Qui autem administrat semen seminanti: & panem ad manducandum praestabit.* Hoc ait: Quod Deus qui velle eis præstat, etiam facere perficiat in vobis. Hoc est, Deus qui tibi dedit unde dispenses, effundentem minimè patiatur. Si autem ad semen verbi referas: Qui dedit officium docendi, præstabat & elecam tibi: modo ad hoc solum vacare velis.

*Et multiplicabit semen vestrum.* Humilitatis, vel sermonis.

*Et augebit incrementa frugum justitiae vestre.* Fruges justitiae, sunt facultates, cùm de eis sit justitia. Cùm vero aut iniquè congregantur, aut ad avaritiam vel superbiam possidentur, fruges iniquitatis sunt. Prelio enim gravans tritum, in populo maledicuntur: sive fruges justitiae sermones sunt Dei. De fructu enim labiorum suorum satiabitur sapientia.

*Ut in omnibus locupletat abundantis in omnem simplicitatem: quo operatur per nos gratarum actionem Deo.* Ut sine discretione omnibus simpliciter indigentibus tribuat. Non querentes cui, sed quarederis.

*Quoniam ministerium hujus officii non solum supplet ea que defunt sanctis, sed etiam abundat, per multas gratarum actiones in Domino.* Duplex potestis habere mercedem: & perfectionem sanctorum, & gratarum in Domino actiones. Alter: Non solum docet sanctos, sed Domino gratias agit, qui nos tanta sapientia eruditivit.

*Per probationem ministerii hujus, glorificantes Deum in obedientia confessionis vestra, in Evangelio Christi.* Per hoc ministerium esse probamini Christiani, magnificantes Deum per operum confessionem, sicut è contrario alii factis negare dicuntur. Alter, perfectè docens, & ostendens divinum esse, in quo Deum per obedientiam magnificatis.

*Et simplicitate communicationis vestra in illos, & in omnes, & in ipsorum obsecratione pro vobis.* In omnes simpliciter

tribuentes, sive docentes bona, quæ communicatis potius quam donatis, certi vos cum multipli ea facere recepturos. Hæc omnia operatur administratio hujus officii, quæ etiam in hoc abundat.

*Desiderant vos, propter eminentem gratiam Dei in vobis.* Quis autem non desideret talem propter gratiam sive scientia, five misericordia ceteris eminentem.

*Gratias ago Deo super innenarrabilem dono ejus.* Qui tantum nobis gratiam pierate sua conferre dignatus est. De armis carnalibus & spiritualibus, & de Apostoli potestate, & de his qui seipso commendare conantur.

#### Caput X.

**I**PSI autem ego Paulus, obsecro vos per mansuetudinem & modestiam Christi. Ea vos mansuetudine rogo qua Christus, cùm se posset de injuriis ulcisci, noluit, ut vel sero se corrigeret.

*Qui in facie quidem humili sum inter vos: absens autem confido in vobis.* Semper sanctorum praesentia, per nimiam humilitatem, minus intelligentibus potest esse contemptu. Absentes vero si necesse fuerit, confidenter suam indicant potestatem. Qui presentes, sic sunt quasi nihil possunt habere virtutum, si tamen nihil delicti repererint in subjectis.

*Rogo autem vos ne presens audeam.* Ita agite ne mihi nescie sit manifestare virtutem.

*Per eam confidentiam qua existimor audere in quodam.* Nam omnis existimatio facta est: sicut est. Puto autem quod & ego spiritum Dei habeam.

*Qui arbitrantur nos tanquam secundum carnem ambulare.* Qui putant nos nihil amplius cateris hominibus habere virtutis.

*In carne enim ambulantes, non tamen secundum carnem militamus.* Nam arma militie nostra non carnalia sunt: sed potentia Dei. In corpore videuntur incidere, sed ut Dei ministri spiritualiter militamus. Arma quippe militie nostra non sunt facta de ferro, nec manus hominis fabricata sunt, sed potentia Dei: qua plus vel verbo agas, quam alii homines carabinus armis.

*Ad destructionem munitionum consilia destruentes.* Munitum enim & circumdant doctrinam suam falsi doctores astutie argumentis, quas aereas potestates Apostolus destruit virtute spiritualis: sicut illum magum vias Domini perversi disputationibus subvertente, Paulus verbo cœavit. Item cogitationes adversarias que adversus Christum suggeruntur destruendas dicit.

*Et omnem altitudinem extollentes se aduersus scientiam Dei.* Quid tam superbum quam divinis contraire docet.

*Et in simplicitatem redientes omnem intellectum, in obsequium Christi.* Illos destruimus, qui sub nomine obsequii Christi, omnem intellectum sentientia cupiunt captivare.

*Et in promptu habentes ulisci omnem inobedientiam, cum impleta fuerit vestra obedientia.* Parati ad ulciscendum omnem inobedientiam, cùm impleta fuerit obedientia. Hoc dicit Apostolus, modo paratus se esse ulisci omnem inobedientiam, cùm ea quæ precipiuntur, impleverint. Item cùm jam veltra per nos obedientia fuerit impleta, illi non audiunt potestatem se vindicandi accepisse à Domino, quia mentiuntur.

*Quæ secundum faciem sunt, videte.* Hoc est ab illis qui in facie gloriantur, cavete. Tam manifesta est rei probatio ut faciliter sit intellectus. Sive ab his hypocritis vobis cavete, qui in presentia gloriantur.

*Si quis confidit Christi se esse, hoc cogitet iterum apud se: quia sicut & ipse Christi est, ita & nos.* Nemo tam stolidus est, quām qui se solum Christi esse gloriantur.

*Nam & si amplius aliquid gloriosus fuero de potestate nostra, quam dedit nobis Dominus in edificationem.* Nam & si me magis potestatem à Christo, accepisse dixerim quām ceteros: ut Apostolus, non erubescam: quia verum dico, & non gloriæ, sed edificationis causa compulsa haec facio.

*Et non destructionem vestram, non erubescam.* Nam illi & ultrapatam & in destructionem exercere cupiunt potestatim.

Tom. V.

*Ut autem non existimer tanquam terrere vos per Epistolam: quoniam quidem Epistola, inquit, graves sunt & fortes: praesentia autem corporis infirma & sermo contemptibilis.* Hoc ideo dico, ne quis me putet illa ministrari quæ implere non possum, ut de me jaçant deceptores.

*Hoc cogitet qui ejusmodi est: quia quales sumus verbo per Epistolam, absentes, tales & presentes in facto.* Qui putat hoc, sciat omnia me posse facere, si necesse sit, quæ promitto. Nam obedientibus per humilitatem infirmus: & peccantibus per severitatem fortis existo.

*Non enim andem in inferno, aut comparare nos quibusdam qui seipso commendant.* Id est non debemus ita Deum contemnere ut coquemur aliquibus, qui suis laudibus malunt quām Dei gratia commendari, nec de nobis possumus majora jaçere quām sumus.

*Sed & ipsi in nobis nosmetipos metentes.* Non excedimus mensura nostræ terminos.

*Et comparantes nosmetipos nobis.* Non minoribus: sicut cùm illi nihil sint, Apostolis se non modo æquales faciunt, sed etiam anteponunt.

*Nos autem non in immensum gloriamur:* sed secundum mensuram regulam, qua mensus est nobis Deus mensuram pertingendi usque ad vos. Non enim quæ non pertinentes, ad vos superextendimus nos. Nihil supra mensuram humana facimus, sed in apostolatus gratiam, quantum nobis Dominus donare dignatus est, per quam vobis Corinthii prædicamus, nec enim hoc usurpatione fecimus, sed præcepimus.

*Uique ad vos enim pervenimus in Evangelio Christi.* Non nostro, ut illi qui prædicando se, suum Evangelium faciunt.

*Non in immensum gloriantur: in alienis laboribus.* Immensum est in alienis laboribus gloriarunt. Illi autem semper ad fidèles ibant, qui signa minima quærebant.

*Sed autem habentes, crescentis fidei vestre in vobis magnificari secundum regulam nostram.* Qui non munera a vobis, sed mercedem à Deo vestre fidei expectamus.

*In abundanti: ceteri in illa que ultra vos sunt, evangelizare.* Id est, non enim usque ad vos sufficit pervenire: sed cùm vestra fides creverit, alio transierit.

*Non in aliena regula in his que preparata sunt gloriarunt.* Sicut illi de præparatis jam ab aliis imprudenter gloriantur.

*Qui autem gloriantur, in Domino gloriantur.* Jam gloriantur in Domino exhortatur: cujus virtutes in eo operata sunt.

*Non enim qui seipsum commendat, ille probatus est: sed quem Deus commendat.* Seipsum commendat, qui ipse laudat se: illum vero illud commendatur, qui signorum virtutibus commendatur.

#### Caput XI.

**T**INIAM sustinens modicum quid insipientia mea: sed & supportare me. Sustinet me, qui multum sustinere confusus imprudentiam meam. Ideo insipientem se dicit: quia illi necesse erat aliqua de se dicere, licet vera: ut ostendat quām vere insipientes sunt qui falso se laudant. Sed & supportare me.

*Aemulor enim vos, Dei amulatione.* Depondi enim vos uni vivo virginem castam exhibere Christo. Id est, non stimulo amoris inflammar, sed vos tanquam pater divina amulatione custodio, ut possim vos immaculatos Christo conjungere: tanto majore studio conversatos, quanto meliori estis Ipono jungendi.

*Timeo autem ne sicut serpens Eym seduxit astutia sua: ita corrumpanter sensus vestri.* Serpens Eym, de Deo mendaciter, seduxit: affirmans solam Deum comminatum esse mortem, nec esse jam illaturum. Ita & pseudapostoli asserbant ideo Evangelii præcepta addita, ut vel sic lex antiqua servaretur: & eam solam sufficere custodiā perquirunt amulatores. Jam nunc serpens similiter quodam seducit, gehennam propter solum terrorē asserentes nominari: quām aut penitus non esse, aut eternam non esse affirmat, contra autoritatem omnium scripturarum.

*Et excludant à simplicitate.* Quia Dei verbum simpliciter credere, non est hominum perversorum.

Ttt ij